Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25953
Copyright: Admont, Benediktinerstift

possum. Superest ut ante mortem tempora indulta rapiam.
Sic enim sic mors ipsa cum uenerit uincit. Si prius quam uenia
semp tumeatur. LECT. S. E. SCD M LVCAM.
INITIO DIE turbis. Siquis uenit ad me. et non odit
patrem suum et matrem et uxorem et filios et fres et sorores. ad
huc autem et animam suam non potest meus esse discipulus. et rel.
Si considerem fres karissimi LEGO RII PP.
quam et quanta sint quae nobis promittuntur in celis. uiles
cunt animo omnia quae habentur in terris. terrena nanq
substantia supne felicitati comparata. pondus et non subsi
dium. temporalis uita aeterne uite comparata. mors et pon
dicenda qua uita. Ipse enim cotidianus defectus corrup
tionis. quid est aliud quam quedam plixitas mortis. Que autem lin
gua dicere uel intellectus capere sufficit. illa supne ci
uitatis quanta sint gaudia angelorum choris interesse. cum
beatissimis spiritibus gaudere. presentem deum uul
tum cernere. incircumscriptum lumen uidere. nullo mortis
metu affici. incorruptionis perpetue munere letari. Sed
ad hec audita mar desent animi. iamque illic cupit assistere.
ubi se sperat sine fine gaudere. Sed ad magna premia pue
niri non potest nisi per magnos labores. Unde et paulus egregius
predicator dicit. Non coronabitur nisi qui legitime certauerit.
Delectat quidem mentem magnitudo premiorum. sed non deterreat certa
men laborum. Unde ad se uenientibus ueritas dicit. Si quis uenit
ad me. et non odit patrem suum et matrem et uxorem et filios et
fres et sorores. ad huc autem et animam suam non potest meus esse discipulus.